

scitur, quemadmodum qui ex matre liberâ & incerto patre natus est, quoniam vulgò conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et è contrario si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuit eum, qui nascitur, liberum nasci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre est. Ex his illud quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta pepererit: liberum, an servum pariat? Et Martianus probat liberum nasci. Sufficit enim ei, qui in utero est, liberam matrem vel medio tempore habuisse, ut liber nascatur: quod & verum est.

### III. Observatio, de servitute & manumissione non justâ.

§. 1. Cum autem ingenuus aliquis natus sit: non officit ei in servitute a fuisse, & postea manumissum esse, sæpissime enim cõstitutum b est, natalibus non officere manumissionem.

a) violentâ aut putativâ:  
l. ei quoque. 11. ff. ex quib. cau. maj.

b) ut l. 2. C. de ingen. man. l. si quis ingenuam. 21. ff. de captiv. & postlim. rev.

### TIT. V.

### DE LIBERTINIS.

De